Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5735
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



Distinctio

Ascendentes vero nris visionibus se occultando Ipi enim corpus xpi sunt et membra Novicius Qua similitudine Monachus Similitudinem ti dicam satis manifesta Caput xpi deus caput ecclie xpus Oculi xpi sunt angeli semp videntes faciem pris aures eius sunt prinarche lege dei audientes Nares xpi sunt pphe futura pcul adorantes Os xpi sunt apli que ab ipso viderunt et audierunt mundo pdicantes Barba xpi sunt mres fortitudine mentis quam barba designat in suis tormentis ostendentes Ubera xpi sunt confessores verbo et exemplo infirmos nutrientes Venter eius virgines sunt et continentes fructui carnis amorem castitatis pponentes Novicius Hiis non inutiliter pmissis precor ut de singulis ordinibus si quas nosti subiungas visiones Monachus Hoc libens faciam et primo de angelis Quilibet enim homo habet angelum a deo sibi deputatum ab hora nativitatis in utero usque ad diem mortis Quorum ministerium quantum sit hominibus necessarium ti quibusdam pandam exemplis Exempla

Octava

De angelis et nota earum

In francia virginem quandam religiosam et inclusam sathanas gravissime per stimulum carnis colaphizavit Illa vero nesciens virtutem in infirmitate pfici iugiter cum lacrimis deum rogavit quatenus eius pietate a tam immunda temptatione mereretur liberari Cui cum die quadam oranti angelus dni apparuisset visibiliter dixissetque vis ab hac temptatione liberari Et ia respondisset Volo dne celeste nuncius subiunxit Dic versiculum istum confige timore tuo carnes meas a iudiciis enim tuis timui et liberaberis Angelo vero disparente ia versiculum cecinit et mox temptatio cessavit Mira res fugato spiritu fornicationis statim accessit spiritus blasphemie a quo tanto fortius quanto periculosius temptabatur Cepit enim dubitare de deo et de fide xpiana Tunc magis quam prius misericordiam divinam invocans se a tam nephanda temptatione liberari cum lacrimis orat Tunc angelus dni secundo ei apparens ait Quomodo habes Respondit ia Numquam peius dne Et angelus Putas te vivere posse sine temptatione Necesse est ut alteram istarum habeas